

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Sacramentum b
cum fontibus proximo et primo

Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non potest,
et per lapideos canales transit aqua ad areolos,
et in canali lapideo nil generatur,
sed ortus plurimum fructum affert.
Spiritualis uero uirtus sacramenti ut lux
pura ab illuminandis recipitur,
sed per immundos transiens non coinquinatur.

Augustinus in libro de baptismo contra Donatistas.

Scio, quia lapis ex aqua fructum ferre non potest,
et per lapideos canales transit aqua ad areolas,
in canali lapideo nichil generat;
sed ortus plurimum fructum affert.
Spiritualis enim uirtus sacramenti ut lux
pura ab illuminandis excipitur;
sed per inmundos transiens non coinquinatur.

Gratianus, *Decretum*, 2.1.1.30 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.371).

Putat quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest;
et per lapideum canaleum transit aqua, transit aqua ad areolas;
in canali lapideo nihil generat,
sed tamen hortis plurimum fructum affert.
Spiritualis enim uirtus sacramenti ita est ut lux:
et ab illuminandis pura excipitur,
et si per immundos transeat, non inquinatur.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*,
5.15 (CCSL 36, R. Willems ed., p.50, ll.31-36).